

mensis virtutum diuisit. Ex quibus non plus accepit qui totum mensem. quam qui diem unam ante diuisionez in castis fuit numero fratru a scriptus. Id sibi ex euangelio preceptu affirmauit. Qd in vinea domini laborantibz. et qui prima hora. et q. xij. venerant equam mercedem permittit. Nec societas tum longe lateqz rapinas agere. et iam quinqz milia pugnatorz in armis habere. in diesqz crescere. non aliter disiplina potuit quam duce ipso. Alcamite ad stipendia ladislai regi vocato. Transiluana regio est ultra danubium sita. quam dacia quondam incoluere. ferocius populi et multis romanorum cladibus insignes. nostra etate tres incolunt gentes Theutones. Siculi. et Galachi. Theutones e saconia originem habent viri fortes et bello exercitati a. vii. ciuitatibus quas inhabitant Sibemburgenses patrio sermone appellati. Siculi hungarorur vetustissimi credunt primi omnium quod ex hungaria veteri in hanc puntiam venerint. Eam ob causam quam uis agros suis colunt manibz ac rure viuentes greges per coru pascunt. nobiles tamen appellantur. Et per currentes in vicem alter alter generosum dominum salutant. Nec tributa pendunt nisi quo anno Rex hungarie coronatur. Tunc enim quot sunt patres familias tot boues regi tradunt. Quoz numerum supra. lxx. milium esse ferunt. Iussi vero in bellum exire nisi parent capitali pena plectunt. bona fisco applicantur. Galachi genus Italicum sunt. quemadmodum paulo post referimus. paucos tamen apud transiluanos inuenias viros exercitatos hungarie lingue nescios. In hac puntia oppidum fuit quod bistricum vocauere regie corone subiectum. Id ladislauus Rex cum vienne ageret johanni huniadi dono dedit. Eulerunt id egre oppidam. diuqz restituere. coacti tamen imperata fecerunt ut mortuo Johanne eiusqz filio ladislao Rude occiso. Michalem rilagi quod per mathia altero johannis filio regnum petebat turpiter reiecerunt. Ille indignatus quam primum ladislai regis mortem accepit eo cum exercitu rediit. Ali oppidum